



**I**ohannes de Dulmē eruditione & pietate apud  
 Saxones insignis extitit. Vnde Decretorū Do-  
 ctor, atq; Lubeckensis ecclesiæ scholasticus crea-  
 tus est. Pari ratione sacri palatij Apostolici causarū  
 auditor constitutus. Cum autem is esset multis uir-  
 tutibus præditus, pontificis opera post Eberhardū  
 episcopus Lubekcēsis electus fuit. Eam ecclesiam  
 ipse magna dexteritate administravit, atq; ubiq; in  
 sua ditione pacem constituit. Loca etiam quædam  
 eius Ecclesiæ prius ab alienata recuperavit, atq; hu-  
 manitate & benevolentia sibi magnum nomen cō-  
 paravit, anno Christi circiter 1405. Cum hoc modo  
 per 21 annos optimè præfuisset, obiit, atq; in sua Ec-  
 clesia honorificè sepultus fuit. Erat hic Episcopatus ex Aldenburgo Lube-  
 ckam translatus, atq; per Imperatores multis priuilegijs & immunitatibus e-  
 xornatus. ut autem eius loci præsules cognoscamus, eos ex Alberti Crantzij  
 Metropoli subiungere placuit.